Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nom quid dicas. Et exiit foras ante atrium. Et gallus can-
tauit. Rursus ante eum iudicii illum ancilla: cepit
dicere circumstantibus. Quia hic ex illis est. At ille iterum ne-
gauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant pe-
tro. Vere et tu ex illis es: nam et galileus es. Ille autem
cepit anathematizare et iurare. Quia nescio hominem istum
quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et re-
cordatus est petrus ubi quod dixerat ei ihc prius quam
gallus cantet bis. ter me negabis: et cepit flere. Et
continuo mane consilium facientes summi sacerdotes.
cum senioribus et scribis et uniuerso concilio: uinctos
eos ihm duxerunt et tradiderunt pylato. Et interroga-
uit eum pylatus. Tu es rex iudeorum: At ille respondens:
ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes
in multis. Pylatus autem rursum interrogauit eum
dicens. Non respondes quicquid: Ecce in quantis te ac-
cusant. Ihc autem amplius nichil respondit: ita ut mi-
raretur pylatus. Per diem autem festum dimittere sole-
bat illis unum ex uinctis quemcumque petissent. Erat autem
qui dicebatur barrabas qui cum seditiosis erat uinctus
qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset
turba: cepit rogare sicut semper faciebat illis. Pi-
latus autem respondit eis et dixit. Vultis dimittam uobis
regem iudeorum: Sciebat enim quod per inuidiam tradidis-
sent eum summi sacerdotes. Pontifices autem conuica-
uerunt turbam: ut magis barraban dimitteret eis.
Pylatus autem iterum respondens: ait illis. Quid ergo
uultis faciam regi iudeorum: At illi iterum clamauerunt.
Crucifige eum. Pylatus uero dicebat eis. Quid enim